

pretiosis marmoribus murice comptis splendidum, excluso externo lumine, suoque lucens, ut sonant priores versus : *aut lux nata est, aut capta hic libera regnat*, cum cæteris quæ sequuntur. Postremi versus expiationem peccatorum per secretam exomologosiam factam ostendunt, quod merito annotavit Hubeus. Cum vero scripti sint hi versus post Nectarii patriarchæ Constantinopolitani tempora, evidens est nil a celebri controversoque in Historiis ejus patriarchæ facto habere heterodoxos, quo sublata articulare confessionem existiment, quin immo primum et post Nectarium perseverasse manifestum hinc efficitur. Effigiem etiam, quam super valvas tessolis expressam Agnellus Chrysologi fuisse credidit, existimo juniore Petro potius, sicut et sacellum, attribuendam esse.

41. Quæ sequuntur de sancto Projecto Corneliense perspicua sunt, sicut et illa de ecclesia S. Joannis, quam S. Barbatianus Placidius charus tenuit, et Baduarius edificaverat, ex S. Barbatiani actis lumen mutuatur. Clara etiam sunt, quæ de obitu S. Petri

A Chrysologi tradit Noster, nec quidquam habent quod legentem remorentur. Illud addendum videtur, ex muneribus quæ Chrysologus ad ecclesiam accedens obtulit, patenam argenteam summa veneratione servari, cujus exemplum ære sculptum tradidit Dominicus Mita ante suam Sermonum D. Petri editionem, ad cujus oram versus recentioris modi sunt sculpti, quos ascribendos puto, et sunt qui sequuntur :

Quam plebs tunc chara crucis agnus fixit in ara
Hostia sit gentis primi pro labe parentis.

Idem Mita veram, ut sibi suadet, Petri Chrysologi effigiem libro præfixit, et quam opere musivo elaboratam exstare ait Ravennæ in testudine chori metropolitanæ ecclesiæ. Illa tamen, non nisi post undecimum a Christo nato sæculum fieri potuit ; ut et post illud tempus templi parsilla restituta est, sed et pallii forma recentior est. De patena prædicta exspectari ab erudito viro D. abbate Pastrizio doctam lucubrationem audio. Eam fortassis legere dabitur, antequam hæc mea in lucem edantur. At hæc ad Chrysologi vitam sufficient.

VITA S. PETRI CHRYSOLOGI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS EX CASTILLO.

§ I. *Patris, ortus, et Chrysologi nomen proponuntur.*

† Est in Italia, notissima regione Europæ, quædam e sexdecim provinciis ejus, non minus celebris portio, satis jucundissima, amœnissima, et fausta Æmia nuncupata quondam, nunc vero Flaminia, sive Romandiola dicta, fertilis adeo, et feracissima, utpote quæ a Valere circumvallatur amne. Effugatis ab illo Troadis flammeo gladio Græcorum Trojanis, avolantes hi in Italiam, oppidum in perpulchra Æmiliæ regione, illum etiam nomine, condiderunt. Non semel repetito sæculo, cum Lucius Cornelius Sylla Romanus, nobilis ex Corneliorum progenie quæstor, posteaque dictator, relegato Mario majori Romano (jam vii consule), totam subegisset ditioni suæ Asiæ, Romanis suis Cornelianis Æmiliam tradidit pro colonia, illum designans forum, ubi jus diceretur, liberæque agerentur novendinæ. Hinc habitatores illi

* Quisquillarium loco habenda sunt quæ de ejus origine ab Trojanis fabulantur. Neque urbs alioquin antiqua, et celebris, satisque elegantia ædificiorum, æris salubritate, ubertate agri, populorum frequentia commendata, et celebriorum virorum mater, his commentitiis subtilibusque inventis indiget, ut præ multis laudetur. Scipio Claromontanus in Historia Cæsaris lib. v pag. 93, *Imolam* dictam scribit postquam Cleopis Albini successor Forum Cornellum ab Narsete dirutum restauravit. Quod ei nomen alii effluxisse dicunt, vel ab corrupto *Æmilia* vocabulo, vel ab arce ab Antiocho Narsotis duce in ea ædificata.

† Ericus vel Ercius monachus, qui iabente sæculo ix scribebat in Galliis, in Vita S. Germani episcopi Antisiodorensis, Chrysologum antiquo et nobilissimo sanguine ortum testatur.

Principis Ecclesiæ meritoque ac nomine pollens
Petrus, apostolica dicta servabat in urbe
Forte gregem, vir præcelso splendoris avili
Stemmata conspicuus, multa et probitate coruscans

C totiusque Æmiliæ (quæ jam exinde inceperat Imolanuncupari) in sui Lucii Cornelii obsequium, oppidum illud Forum Syllæ, communius autem Forum Cornelli, vocitarunt. Plinius autem lib. iii Histor. cap. 15, post medium, Imolæ situm Forocorneliensem agrum appellat. Hæc igitur Flaminie provincia, hæc Romandiolæ regio, hæc Æmiliæ, sive Imolæ, terræ Italicæ portio, patria communis nostri fuit præsulis Chrysologi : peculiare autem solum Forum Cornelli fuit, tanto felicissimum, quanto sanctissimi viri^b natali condecoratum, faustissimum. c Appollinaris S. Petri apostoli discipulus, et primus Ravennatum antistes Forum Cornelli, sanctissimo exemplo et prædicatione in Christi Domini roboravit fide. Verum gentium spurcissimis civitas maculata moribus, in idololatriam lapsa, denuo indignit^d Cassiani Sabionæ in Germania episcopi auxilio, qui sua doctrina et

* Ejusdem vitam ex antiquo ms. erutam retulit Surius ; et ex eo Petrus in Catalogo lib. vi cap. 128 ; S. Gregorius in Reg. lib. v cap. 33 ; Bedæ, Usuardus, Martyrologium Rom. et alii. Sub Vespasiano, annoque mortem ejus præcedenti, scilicet anno æræ vulgaris 78, illustriori martyrio, illustrem vitam absolvit. Vide quæ de eo disserimus in notis ad serm. Chrysologi 428.

† Cujus Vitæ laciniam profert Ughellus in episcopis Imolensibus. pag. 620 recent. edit., ex chronica antiqua ; ejus passionis acta sincera, ex libro *Itæti Ercipavon* Prudentii, habes apud Ruinartium, pag. 632. Cætera quæ circumferuntur sublestæ sunt fidei ; nec melioris notæ, quæ Baronius ad Martyrologium, Romæ se invenisse professus est, et in quibus Cassianum Briziensem tenuisse sedem scribitur. Sed fortasse errore scriptoris pro *Brizina* *Brizia* in Baronio legebatur, ut advertitur in Annotationibus Ferrarii, pag. 508, et in quam, eversa Sabiona, sedes episcopalis translata fuit. Florentinus noster in Martyrologio, ad diem 11 Augusti, pag. 747, eum

sanctitate Forum Cornelii spiritualiter instauravit. A firmavit et stabilivit in fide; etiam anno Domini trecentesimo sexagesimo secundo, idibus Augusti, sub Juliano Apostatae dominatu, martyrio, et quoque sacro consecravit cruore.

2. Bellis concussa civitas, modo ab hæreticis, modo a gentilibus occupata, fidem per tempora amisit. At Deus eam ut plantarium tot rosarum virginum, liliorum confessorum, iter quæ candidum præceluit Chrysologi liliam, violarumque martyrum tot custodiens atque reservans, non semel reduxit ad gramium. Post quadraginta et tres annos a D. Cassiani martyrio Forocorneliensis Ecclesie instauratæ sedem obtinuit Cornelius, natione Romanus, vita conspicuus, moribus ornatissimus, ut potest qui post obitum meruit concionatorie laudaria Chrysologo, sermone centesimo sexagesimo quinto. Vix Ecclesie Forocorneliensis cathedram episcopalem occupavit Cornelius anno Domini quadragentesimo quinto, vel sexto, cum jam^b e nobili prosapia Forocorneliensium virorum^a, nova lux Chrysologi oriri visa est, cum Ecclesie illi novæ petrae in petra fulorum nascitur solidissimum. Nostro enim viro in sacro baptismatis fonte, in novo regenerationis lavacro, nomen imponitur Petrus, ut tanti antistitis futurarum virtutum cumulum præauguraret. Hinc de nostro Chrysologo. S. Adolphus Me-

Forocorneliensem falsæ episcopum perpetuam tradit. Ferrarius et Mita in Vita Chrysologi Sabionensem a Fortunato Aquileiensi ordinatum, quem tamen scimus vixisse temporibus Constantii Augusti, et Ariana labe infectum fuisse. Sed Martyrologium Romanum parvum, Richenoviense ad diem 11 Augusti, Augustanum ad diem 13 ejusdem mensis, et hac ipsa die reginæ Suecorum, Ollobonianum, Antiodorensis apud Martenè tom. VI Collect. Anecdod., Stabulense Adonis, Florentii ad diem 11 Augusti, Prudentius hymno 14, libellus Bedæ, ejusdem tamquam martyris tantum, nunquam veluti episcopi meminere. Consultè Bollandianos ad diem 13 Augusti. Anonymus Incolensis, in Chronica apud Ughellum tom. II pag. 619, eum Brixiam, seu Brixiam, quæ olim Sales dicta est, in Germaniâ, in provinciâ Tirolensi, cujus episcopus Salisburgensi metropolitæ subest, christiana probitate conspicuum vixisse scribit, indeque ab hostibus ejectam in molam venisse. Sed de ejus episcopatu nec vola quidem. Quo anno passus fuerit incertum. Patrillus, de palæstra S. Petri Chrysologi, passionem ejus ad annum 362 consignat. Nam Julianus, sub quo Cassianum passum dicunt, adeptus est imperium anno 361, in non. Octobris sequenti anno tenuit, et anno 363, 28 Julii ex Fastis Idacii fulmine iclus interit. Joannes Valerius notat Julianum obiisse horâ quinta noctis die 27 Junii, id est noctis diem hunc præcedentis; et cum hoc illa intermedia ad utrumque diem referatur, hinc factum quod alii scriptores diem ejus mortualem die 26 statuunt. De mortis genere variæ admodum sententiæ, ut ostendit Gothofredus in dissert. in lib. VII Philostorgii, cap. 15. Sed hæc extra semitam. Addam tantum Patrillum non ex illius fonte haurisse eum fulmine iclum occubuisse. Constat enim hæcæ mærone transiitum divinâ Numinis ullione, impios diis implissima morte clausisse.

^a Nec unum quidem reperies ex Chrysologi vitæ scriptoribus, qui vel minima hæsitacione hujusmodi Cornellum Incolensem fuisse episcopum ambigat. Omnes constantissime asserunt; cumque apud Ughellum primo loco positum, et ab Cælestino papa

tensis episcopus, sermone in numero 107, sic perorat; *Petrum enim vocari in aliis appellatione nominis est, in hoc (scilicet Petro Chrysologo) prerogativa virtutum.* Sed et ipse Noster sermone 154 ita latet: *Nomina ipsa sæpe sanctorum merita indicant. Sicut Petrus a petra nomen adeptus est, quia primus meruit ecclesiam fidei firmitate fundere.* Etiam cum a pueritia Petrus præstantia ingenii puerulos ceteros antecelleret, et adultus jam Latina Græcæque eloquentia majores natu, et alios superaret doctores, a Græcis qui e Byzantiogratia Cæsaris Ravennam petebant cognominatus est Chrysologes, seu Chrysologus: *Chrysos, aureus, et logos, sermo; quasi aureus sermo, seu aureus sermoneinans.* Sic etiam ipsimet Græci Byzantini, non annos plurimos temporis natalis Chrysologi, suum præsulem Joannem Atticis facundissimum elementis, *Chrysostemum* appellavere nempe *aureum os.* Aquod omnes igitur tum sui temporis, tum nostri talem *Chrysologi* perpetuo meruit felinare nomenclaturam Petrus, ut etiam ejus hominæ, sive sermones ipsi a doctis communiter vocentur.

^b 11. *Chrysologi educatio, ad episcopatum Ravennæ electio, et ejusdem consecratio referuntur.*

3. Ab incunabilis se totum Chrysologus orationi primum, et bonarum sacrarumque litterarum conse-

anno 400 consecratum habes. Mirum autem quod Chrysologus in consecratione episcopi Projecti, serm. 165, in ejus laudes non nihil excurrans, loquenti de hujusmodi dignitate occasionem sibi sponte obviam non arripuerit. Sed tantum dicit, amari ab eo urbem quæ Cornelii, a qua ipse sacris fuerat initiatus nomen obtinuerat. Unde Tillemontius, tom. V, pag. 363 Venet. edit., Cornelium, de quo Chrysologus, cujusvis alterius civitatis episcopatum tenuisse, opinabatur.

^b Vide notam 2. b col. 27.

^c Antistitem illum a quo sermo 107 inter Chrysologianos fuit concinatus, Metensem fuisse episcopum, ex Mita in observat. ad hunc sermonem eruit Castillo. Mita autem faciem præbuit Batonius, qui in notis ad Martyrolog. die 29 Augusti, hæc habet: *Adolphus episcopus ponitur hic decimus in ordine in serie episcoporum Metensium apud Democh, de Sacrif. Missæ. Agit de translatione ejusdem hac die Nolanus in Addition. ad Ursardum. Est sermo S. Petri Chrysologi 136 in Natali S. Adelphi: an autem sit ille de quo agitur, non audeo affirmare.* Baronio autem, opinatur Mita aquam hæere fecisse Paulum Diaconum, in historia de episcopis Metensis Ecclesie, in Bibliotheca Patrum, tom. VIII quartæ edit., scribentem, Adelphum sedisse decimum in ordine, at quoniam anno non indicasse. Eo magis, quod in tabella nominum episcoporum ad calcem Historiæ, ex annorum supputatione colligitur, ætate Chrysologi Adelphum illum vivere desiisse. Sed ad Baronii sententiam firmandam, ejusque dubietatem eliminandam, tabellæ hujusmodi fidem inanibus argumentis conatur labefactare. Chrysologus laudato serm. 136 vocal eum loco primum. At antequam Ravenna metropolitico jure donaretur, nullum alium sui superiorem agnovit, nisi Romanum pontificem, et Mediolanensem, vel fortasse Aquileiensem antistitem. Nullus ea tempestate in his sedibus Adolphus. Adhærendum igitur Tillemontio tom. T, pag. 189. Adelphum scilicet hunc, incertæ sedis episcopum, ætate tantum Chrysologum anteisse, quod et alibi repetendum. Vide serm. 126, not. 3.

cravit studio, ædes cursabat sacras, et metropolim invisebat, ubi ad martyris Cassiani suæ patriæ patroniaras provolutus diem integrum cum noctis parte non minima transigebat. Hæc mira Petri nostri pietas, hæc devotio S. Cornelii, tunc prefati Forocorneliensis oppidi præsulis, sic rapuit animum, sic attraxit affectum, ut advocando ad se Petrum, eum sub pastoralis clientela reciperet et educaret, quem satis in Dei servitute præfatus pontifex erudit. De testem eundem Chrysologum, sermone centesimo sexagesimo quinto, ubi ait: *Cornelius namque memorie beatissimæ vita clarus, cunctis virtutem titulis ubique fulgens, operum magnitudine notus universis pater mihi fuit: ipse me per Evangelium genuit; ipse me pius piissime nutrit; ipse sanctus sancta instituit servitute.* Adultum jam Petrum Cornelius sanctus sibi creavit diaconum, quem cum agnovisset ille in pauperum ardentissima dilectione flagrare, sibi dispensatorem, sacrumque elegit oconomum; ei (ut alter Sixtus papa Laurentio) Ecclesiæ facultates, et opes tribuens, ut e penario sibi fidelissimæ succubatione suppetias ferret egenis, succenturiaretur et miseris. Nec minus excoardabant. Cornelium autem Chrysologi eloquentia, philosophia, theologia, et sacrarum litterarum peritia, in quibus omnibus, tanquam lucerna ardens in templo Dei, mirifice refulgebat.

4. Elapsis aliquibus annis * Ravennæ, quæ est urbs Sabinorum in octava Italiæ regione, in ora

* Celebris urbis dignitas commendatione non indiget. Augustis in occidentem sedem eligentibus, Ravennæ primum regnatum est, et exinde, tanquam a metropoli, per Africam, Hispaniam, et Germaniam jura derivata, legesque præscriptæ. Gothorum regum majestas ex ea refulsit; hisque per Constantinopolitanos Cæsares exactis, receptaque Italia, exarchorum sedes fuit; et tantis licet sequiorum sæculorum calamitatibus vexata, nominis celebritatem auxit potius quam minuit.

† Index continua, vel frequenti angelorum consuetudine, scribit Ferrarius pag. 721, 722, ejusque festum ad diem 21 Novembris consignat. Eum primum Ravennatem archiepiscopum credunt nonnulli, veteri cuidam documento innixi, cui Baronius ann. 432 falsitatis notam perquam merito inurit. An autem fuerit Chrysologi immediate antecessor, vide Tillemontium pag. 184; et not. 5, pag. 866; et Ughellium tom. XI, pag. 351.

‡ Ravenna vel ab anno 408 erat ad minus metropolis provinciæ Flaminiae, cui ascribitur. Sed hæc dignitas in ea civilia tantum jura spectabat. Verum ejus episcopus, una cum aliis Flaminiae, metropolitano Mediolanensi suberat. Flaminia enim Galliæ Cisalpinæ, quam vicariatum Italiæ nuncupant, finibus desinebatur. Ignotum hucusque cur labentibus annis metropolitico jure meruerit insigniri. Fallor autem, nisi hoc ascribendum sit imperialis dignitatis præsentia, qua ab anno 402 decorabatur, cum Honorius imperator, Mediolano digressus, Ravennæque per aliquot menses moratus, ibidem eodem anno sedem sedit, et Valentinianus III ab anno 426; unde in eam quædam effluxit prærogativa, ut metropolis declarari mereretur, decreto pontificis et imperatoris: cui decreto alii nisi sunt contraire, et fortasse Mediolanensis, cujus jura imminuebantur. Hoc fere modo causa vicariorum Italiæ, qui Mediolani debebant eminere cepit ejus urbis antistes, cui ordinandorum

A Adriaticilittoris fundata, et sita inter duos non admodum divites fluvios, nuncupatos *Sabio* et *Roneo*, muros ejus isto lambente, respicitque Imolam, Faventiam, Cæsenam, et Forum Livii, adeo perantiqua, ut post confusionem linguarum sua viderit fundamenta. Ex ea orti sunt Cassiodorus senator, beatus Apollinaris primus ejus episcopus, S. Vitalis Gervasius, et Protasius, atque Petrus Ravennas Foricornelii episcopus, de quo infra. Non est illa Ravenna villa Faustinae in agro Tarracinensi xx ab Urbe lapide. De nostra enim vide Plinium lib. III, n. 4-13, et Martialem lib. III, epigramm. 56. Obdormivit in Domino ejus antistes Joannes hujus nominis primus vigesimus tamen Ravennatum præsul, qui Græce a Græcis ob sanctitatem, puritatem, et innocentiam suam dicebatur ^b Angeloptos. Causa novi præsulis eligendi, ex usitato more, venerunt Ravennam, suffraganei, et episcopi Arimini, Cæsenæ, Fori Livii, Faventia, Brintii, Bononiæ, Mutinæ, Rhegii, Parmæ, Placentiæ, et Fori Cornelii, qui tunc erat dictus S. Cornelius. Hic venit una simul cum suo diacono Chrysologo, ^c ut metropolitani sui Ravennatum archiepiscopi assisteret electioni: ad quam tunc etiam omnes concurrebant per puncta, sive suffragia. Dissidentibus igitur episcopis in comitiis, post varias quæstiones inter eligendum habitas; unus ex Ravennatum civibus seligitur in episcopatum. Legatos suos cives mittit Romam Ravenna, ut a summo Christi Vicario Sixto III sui antistitis electi ^d obtineat be-

C episcoporum cogendæque synodi per Italiam, contractiori acceptione sic dictam, onus incumberet. Dubitari autem posse arbitrantur nonnulli, Ecclesiam Ravennatem honore metropolitico auctam fuisse postremis Joannis Angelopti temporibus, opera Valentiniani junioris, et Galliæ Placidia piissimæ Augustæ; at Petrum Chrysologum tantum ob turbas et tricas excitas hujusmodi munus exercuisse, Vicohaventinum episcopum ordinando. Quamvis Henschenius, tom. XI Maii, pag. 154, eo propendere videatur, ut credat Chrysologum ipsum sub S. Leone Magno et Valentiniano circa annum Domini 450 hujusmodi dignitate fuisse condecoratum, qui antea ab Leonis decessore Sixto III simplicem episcopi titulum et potestatem acceperat. Consule quæ edidi ex Pastritio in sermonum notis. Dum autem hæc scribo, audio Ravennæ doctissimos esse viros quibus expilatis archivorum forulis, id bonis avibus evenit ut in velustiora quædam monumenta inciderent, nulli usque dum cognita, quorum ope ita Ravennæ metropolitana dignitas veluti antiquissima asserti potest, ut in hac re omne dubium exhauriatur, et lites dirimantur. Doleo ab me quamvis per litteras et officia clar. doctis. viri P. Paciaudi Cler. Reg. compellatos nil rescripsisse. Unde mihi extero homini nil aliud datum, nisi ea proferre quæ ab accuratioribus scriptoribus tradita sunt. Senior fortasse dies meliora pariet.

‡ Quæ de ordinatione Chrysologi, ex Agnelii Pontificali, tradunt Mita, Castillo et ali subacti ingenii viri, ad fabula amandanda esse contendunt. At mirari subit, inquit Bacchini, Observat. in Agnellum supra pag. 11, n. 2, homines plures ita comparatos, ut facile nimis omnia credant; alios autem e contra, ut omnia in dubium vertant. At falsitatis notam in his narratiunculis incubantem sensit etiam Tillemontius: ex eo præcipue quod Ravennatum præsulum ordinatio Mediolanensis metropolitæ, non

nedictionem. Eo tempore, fertur Cornelium episcopum cum Chrysologo diacono suo adventasse Romanam, aut causa predictæ electionis episcopi Ravennatis confirmandæ, aut pro suæ Forocorneliensis Ecclesiæ peragendis negotiis. Pontifex igitur summus Sixtus III tunc temporis e cœlis visionem intuetur delapsam per somnium: nempe Petrum apostolorum principem, et sanctum Apollinarem, ejusdem D. Petri discipulum, atque primum Ravennæ præsulem. Hi speciem diaconi Chrysologi repræsentant Sixto, innuentes eum (alio quem obtulerant Ravennates reprobatum) debere eligi in episcopum, eumque creari Ravennatum antistitem gratus esse Deo Optimo Maximo. Adeunt Ravennates pontificium tribunal, et quem ipsi civem elegerant in episcopum, offerunt Sixto, flexo poplite deprecantes, suo vivæ vocis oraculo obfirmare electionem. At Ecclesiæ Caput jam satis illuminatum e superis, cœleste facessit negotium, oblatum repudians, et cæteros Ravennates præsto esse jubens. Adest Cornelius episcopus Forocorneliensis, cui Sixtus præcipit suos comites, et sodales ad consistorium trahere. Obtemperans tanto jussui Cornelius una cum pueris suis, atque ministris, diaconum adducit Chrysologum.

5. Hunc cum vidisset Sixtus, illico didicit, ipsum esse sibi cœlitus demonstratum, et a supremo numine episcopum jam designatum Ravennæ. Unde innumeris tum e Forocornelio, tum e Ravenna astantibus et auscultantibus, vivæ vocis oraculo proclamavit: non alium quam virum hunc, archiepiscopum Ecclesiæ Ravennati præficimus. Quibus perspectis cuncti Ravennates mœrore occupati, eventum veluti sibi ominosum deplorarunt, eo quod contra avitum morem non civis, episcopus crearetur, electus, sed extraneus Forocorneliensis eligeretur ad munus. Hæc bene callens dynasta summus, ut conturbatos civium Ravennæ animos pacaret, coram Chrysologo renuente archiepiscopalem infulam acceptare: ne illi cum isto divinæ resisterent voluntati, revelationem sibi cœlitus factam tali eloquentia, spiritu, et verborum aperuit energia, ut non modo Ravennates evinceret, sed et cogeret Chrysologum abdicatam ut admitteret dignitatem. Post pedum osculum, post invisam liminæ apostolorum, novus Ravennæ episcopus Chrysologus, cum tutelari suo Cornelio, cumque non minimo civium Ravennæ comitatu, revertitur in patriam Forocornelium; non solum ut pia urbanitate comitaretur Cornelium Forocorneliensem episcopum; sed ut D. Cassiani martyris salutaret aras. Ibi sancti martyris sacrophago adhærens, magna lacrymarum copia ad

Romani pontificis jura spectabat. Et hujusmodi consuetudo præsulum, Romanum pontificem accersendi, ut ab eo consecrationem acciperent, jam inde ab Leonis pontificis temporibus antiqua dicebatur, *Hujus temporibus*. inquit Anastasius in Leone VI, *restituta est Ecclesia Ravennatensis sub ordinatione sedis apostolicæ, ut defuncto archiepiscopo, qui electus fuerat, juxta antiquam consuetudinem, in civitatem Romanam veniret ordinandus*. Et id in pœnam fortasse tentatæ olim autocephaliæ. Quod autem sequioribus temporibus in usum venerat, hoc et Chryso-

A gubernium suarum ovilum anxie patrocinium exoptat egenis totius domus suæ temporales distribuit opes: et delicta Foricornelii salutata patria, cum comitatu familiari pergit, et revertitur in Ravennam.

6. Creditur, simul cum Chrysologo adventasse Ravennam Cornelium, quos sanctissimos viros festiva pompa, et hilari applausu, ad portæ introitum exceperunt Valentinianus Cæsar, hujus nominis III, et *Galla Placidia ejus mater: qui tunc clavum tenebant imperii et sedem Ravennæ, uti in ea urbe, quæ post Romam tunc primum in Italia locum sibi vindicabat. Populi Ravennatis concursum et occursum superest enarrare. Anno Domini quadringentesimo trigesimo tertio, quadam ante consecrationem solempni die, e S. Cornelii manu sacerdotium recipit Chrysologus, vim lacrymarum vix comprimere valens. Ad sacram igitur consecrationis functionem dies Dominicus designatur, et publice evulgatur, ne humilis in conspectu Dei et hominum, exaltationem ab ipso Deo promissam, amitteret apud suos. Conveniunt cæteri provinciales præsules, et in magna Ravennæ basilica, astantibus principibus Christianis Cæsare et ejus matre cum nobilibus populi, vetusto illo more, a sancto Cornelio in episcopum Chrysologus consecratur. Unde ipse Chrysologus sermone 165 ita habet loquens de Cornelio: *Ipse pontifex sacris me obtulit, et consecravit altaribus: et ideo mihi carum colendum, mirabile Cornelii nomen*. Creatus episcopus Chrysologus celeberrimam brevemque habuit ad populum concionem in qua boni præsulis debita et munera sublimi delineavit spiritu, gratias obtenti muneris, et festivalis pompæ egit, deditque vicinis, Cæsaris et matris ejus Gallæ Placidie assistentiam et christianam pietatem collaudans. Totum liquet ex sermone Chrysologi^b centesimo trigesimo. Videsis ibi. Novo præsule, novoque patre et magistro, provincia tota exsultavit Æmilie, sive Imolæ, in qua erat Ravenna amplissima civitas et Occidentalis imperii augusta sedes. Jam antea circa annum Domini trecentessimum nonagesimum, Mediolano concesserat Deus Ambrosium. Sic etiam paulo ante tempora nostra, ad annum quadringentesimum trigesimum Hipponensi Ecclesiæ dederat Augustinum: jam vero Æmilie non oblitus Dominus, ad annum quadringentesimum trigesimum tertium ei præbuit Chrysologum, ut sanctitate sua Ravennatum obfirmaret fidem, et facundia sua mirabilique doctrina cunctas Æmilie hæreses extirparet.

§ III. *Varia Chrysologi archiepiscopi Ravennatis gesta, virtutesque recensentur.*

7. Non fuit noster Petrus Chrysologus ille c Pe-
logi ætati convenire, parvo negotio crediderunt recentiores scriptores.

* Theodosii imp. filia, soror Arcadii et Honorii Augg. anno 441, nupsit invita Gothorum regi Ataulpho. Postea in libertatem vindicata; Gothorum enim captiva fuit, occisoque ab eis Ataulpho, Honorii fratris auctoritate, ad secunda vota transivit, cum Constantio Cæsari: ex quo Ravennæ peperit Valentinianum III.

^b Vide quæ annotata sunt in notis ad serm. 130

* Celebris hic temporibus Theoderici regis, qui que non leves partes perfunctus est in conciliis habitis in

trus Ravennas Ravennæ natus, et Ravennæ antistes, in numero vigesimus quartus, qui etiam fuit præsul Forocorneliensis, et interfuit concilio Romano sub Symmacho, vixitque multum post nostrum Chrysologum, circa annum Domini quingentesimum secundum. Sive enim Petrus iste Ravennas, a patria, et a præsulatu seditus, cognominatus fuerit Altinas, qui a Theodorico Gothorum rege Romam missus fuit, ob summam, qua pollebat, theologiam (de qua multa scripsit), sive non, parum refert. Noster enim etiam si a multis, et ab ordinaria Glossa Petrus Ravennas nuncupetur, hoc non est quia Ravennas natus; cum non nisi Forum Cornelli patriam agnoverit, sed quia Ravennas celeberrimus fuit antistes et doctor.

8. Vix Chrysologus noster archipræsulatum obtinuerat Ravennæ, cum illico se totum consecravit suorum proventui, grana a palatis separando et gentilitios superstitionesque ritus radiatus evellendo. Observatores calendarum Januarii, in gratiam novi annualis gyri nimis superstitiones aut relegavit, aut ad bonos et orthodoxos mores convertit, ut liquet elicere ex sermone 155 auctoris. Sic etiam Ravennatum vitiosa, et nimis adulterata compescuit jejunia; nam Quadragesimales hebdomadas, modo valde rigidas amplectebantur cives, modo nimis indulgentes, et laxas diligebant. Videsis de hoc totum sermonem 155. Sed et catechumenes sacrum in longum tempus differentes lavacrum, et reduxit, et ex toto emendavit, ut constat ex sermonibus 16 et 89. Qui etiam ethnicos innumeros, causa negotiorum ad Valentianam Cæsarem e variis venientes plagis, sacro lavit fonte baptismatis liquore; sacre doctrinæ pabulo imbutos immo et materiali annona satiatos dimittebat, ut ex sermone 68. Catechumenes, non per coadjutores, sed ministros, sed per se ipsum in orationis Dominicæ et apostolorum Symboli instruebat fide; quod ex sermonibus 40 et 56 usque ad 61 inclusive, et 67 usque ad 72 inclusive, depromere fas erit. Sed ut e morte vanitatum pueros suscitaret (ut Eliseus alter in moribus), se attemperabat juvenibus, ut eorum subtilissima refrænaret ingenia: eorum enim nexias argutias compescobat, quorum subitaneæ vanæ philosophiæ cogitationes ad veram sententiam orthodoxæ veritatis reduxit. Hoc in Chrysologo resplendit, quod S. Adelpus Metensis episcopus, qui causa invisendi Cæsarem e Gallis perrexit Ravennam, in quadam concione (quæ in ordine sermonum Auctoris est 107) tangens sacros Chrysologi mores, ita publice perorabat: *Est etiam ipse beatissimus, et apostolicus auceps, qui animas juvenum volentes calamo divini sermonis attingit. Juvenes enim vane philosophantes, si non causa Symmachi PP, anno 500 et 504. Sexaginta circiter annis Ravennæ sedit scribant. Sed ex epistola S. Leonis ad Neonem Ravennatensem antistitem, data anno vel 451. vel 453, et ex altera Simplicii PP. Joanni Nidem illius sedis antistiti, recte eruitur, Petrus illum, qui cum anno circiter 440 vel 449 vivebat, jam diem obisset suum. Vide S. Leonem epistol. 136 pag. 740. et Copellorum tom. IV pag. 4068 et 4069. Successit Joanni II, juxta Ughellium, anno 494, vel, ut correctus habet Duchesneus, 490. Unde autem haude-*

ore, more dicebant, atque timebant Plauti in Milite verbis:

Circumspicito, dum nequis nostro auceps sermoni fiat.

At cœlitus datus est eis apostolicus auceps Chrysologus, qui eos ut malas per aera volitantes aucuparet aves, et in caveam inderet Ecclesiæ.

9. Nec casu ab Adelpho appellatur Chrysologus vir beatissimus et apostolicus; sic enim apostolicam adamabat vitam, ut alter appareret apostolus. Hinc clero suo communi, apostolicamque vivendi induxit formam, quem assidue regularibus ministeriis inservire docebat, ut innuit citatus Adelpus eodem sermone, ubi ait; *Quemadmodum igitur sanctitatis regulam disciplinis monasterialibus imbutus exercet, etc.* Quod et ipsemet satis indigitat Chrysologus sermone 39, per totum, ubi de canonicis horis quæ recitantur diluculo memoriam facit. Verum ut hoc totum commodius sacer nancisceretur antistes, juxta Ursinam, Ravennæ ædem, ingens marmoreatum erexit opus, quod deinceps *Tricoles* appellare concives, eo quod ad specimen collium trium affabre foret constructum. Hujus sacra structura ædis, vulgata voce *Canonica Chrysologi* dicta est; nam qui in metropolitana debebant, et serviebant clerici, in canonica disciplinæ regulari invigilabant, et veluti in communitate conventualiter viventes, et Deo famulabantur, et morabantur sponte. Sic ante Chrysologum fecerat ipse D. Martinus, circa annum 378, de quo Breviarium Romanum die Novembris 11 refert: *Factus episcopus Trudonensis, monasterium edificavit ubi cum octoginta monachis sanctissime aliquandiu vixit.* Similiter et Hippone fecit Aurelius Augustinus ante annum Domini 430, uti referunt ejus historiographi. Dixit etiam Chrysologus sacrum templum divo Andree apostole, quod a fundamentis juxta prædicta in eadem Ursinam erexit: in cujus fronte fornicis delineata Chrysologi videbatur imago, testante Ravennæ annalista Rubeo lib. II Historiæ, pro anno 449. Morte præoccupatus Noster, ultimam manum non dedit basilicæ D. Petri apostolorum principis, quam affectuose inhaerarat, eique ex animo et voto jam dicarat. Et assistentia, et expensis non parum contulit erectioni ecclesiæ sanctæ Crucis, sicut et sacello sanctorum Nazarii et Celsi, ubi memorata Cæsaris parens et imperatrix. Angusta mausoleum sibi erexit et sarcophagum.

10. Illius quibus baptismum conferunt et sperant gratiis, qui sacri fontis aquam ita studiose, et anxie fidelibus propinquant, ipse etiam curavit, quæ bonus pastor, non solum doctrinæ typhicis sum ad rite casto, Petrus hinc Forocorneliensem sedem occupasse, nihil ignotum aditit.

11. Negus Tricoli, inquit Agrettus, quod tria colae contineret, quæ videlicet in tria insignia membra distinguebatur: quæ Græci τὰ τρίτα dixere. At hic Petro Chrysologo tribui, quod Petro hujus nominis III tribuendum est, observare licet ex Bacchinio supra, quæ consulas velim circa diem edictæ quæ Chrysologo nostro ascribuntur.

aquare gregem, sed et ovibus suis materialem aperire fontem. In oppidulo enim vicino Ravennae dulcissimae aquae scaturiginem indagatus Chrysologus, fontanam exerit, et duplici muro sive turri munivit, ut non modo Ravennae populo inserviret, sed etiam pateret et gregibus in ipsa ebullitione securior. Id de Ozia tamquam laude dignum divinum commendat oraculum II Paralip. cap. xxvi, vers. 10, de quo adhuc Dominum requirere habetur: *Æstruxit turres in solitudine, et effodit cisternas plurimas, eo quod haberet multa pecora.* Sic etiam inter celebratissima que sanctissimus pontifex Innocentius X elapsis annis opera fecit, quibus illustravit Urbem, fons, sive fontana est quæ dicitur Innocentii: quam etiam turri duplici et statuis variis decoravit opychinis. Omittimus per multas variasque eleemosynas, quibus aperta manu pauperum et egenorum sublevabat angustias, redimebat miseriam: quod non subobscurè potest colligi ex sermone centesimo tertio Auctoris. In jejuniis, orationibus et elicis ita fuit penitens et ansterus, ut adhuc vivens ex ore concionantis Adelphi episcopi mernerit audire epistola IIIa: *sanctus ac beatissimus*, ut ex sermone 167 liquet. Alie Chrysologi laudes desumi possunt ex Natali, Trithemio, Baronio tom. V Annal. ann. 485, et ex S. Felice archiepiscopo Ravennate in præfatione ad Homilias Chrysologi, ex Vita et aliis. Quoad pontificata, duos episcopos * consecravit Chrysologus, nempe Projectum Forocornellensem episcopum, sancti Cornelli Romani successorem ut constat ex sermone 165, et Marcellinum Vicohaventinum episcopum, quem in die natali Domini anno 440 vel ad initium 450 Chrysologus consecravit Ravennæ: nam Vicohaventia (ex qua erat oriundus Marcellinus) urbs erat Æmilia subjacens Ravennæ ditioni et archiepiscopatu, modo enim pagus ditionis Ferrariensis existit.

§ IV. De pretiosa Chrysologi morte, ejusque sepulchro glorioso.

11. Octodecim annos suo in munere pontificio feliciter jam egerat Chrysologus, dum circa ann. Domini quadringentesimum quinquagesimum Forocornellium, propriam petiit patriam suæ mortis præsaus, ibi cupiens dissolvi, et esse cum Christo, ubi primam viderat mundi lucem et ubi primum se diaconatus

* Adi quam disserimus in notis ad serm. 165 et 175.

1 Annam emortualem Chrysologi, nec ante annum 448 collocari posse, nec post annum 461 differri, dicente Symon Bacchinius. Pastritius de Patena, etc., opinatur Chrysologum se Romam contulisse anno 449, reversumque Ravennam anno 450 in Paschate. Ex Epistola item S. Leonis pape Neoni Ravennati data an. 451, infert Chrysologum jam ab anno 448 ad superiores commigrasse.

c Cum Armorici ann. 448 jam secundo ab Valentiniano defecissent, ut se in libertatem vindicarent, Actius, qui tunc temporis Occidentis imperatorem vice imperatoris moderabatur, Eocarientem, seu quovis vocetur nomine, principem virum religione et moribus barbarum, validissimis instructum copiis, contra eos immisit. Quam faciem dilectissimis populis imminentem ut averteret, per eorum legatos extera-

A munere, sacris venerat addictum aris. Introcuntem Ravennatem episcopum Chrysologum excipiunt magno cum gaudio, et hilari plausu conterranei Forocornellenses una cum suo episcopo Projecto: gratulantur omnes Chrysologo sua auctoritate et presentia patriam decorasse. Benigne exceptis a patre filis altera die ad D. Cassiani martyris pergunt templum, ut publice inibi eucharistieum immolet sacrificium. Suam devotum Cassianum salutatur, anxioque extorat apud Deum hora mortis patronum, utpote qui jam sibi vitæ finem venerat adfuturum. Juxta sacri martyris Cassiani aras episcopo et clericis, amore Dei sepulcrum exoptulat, offerendo martyri sacro provolutus in terram mitratam eidem auro variegatam et gemmis, cum posulo aureo, et argentea patella, quibus ipse sæpe fuerat usus in sacris. Sed inter alia que alta voce direxerat in patronum Cassianum, subdit: *Deprecor te, beate Cassiane martyr, intercede pro me, tua domus quasi vernaculus fui, a Cornelio Anjuscedis antistite, in hoc templo nutritus: iterum ad te reversus, amicum nunc omnipotenti Deo reddo; corpus autem meum tibi commendo.* Hic et aliis alacris precoratis, episcopalem in signo crucis benedictionem dat populo, et quiete, nimisque tranquilla inibi juxta altare prope meridie obdormivit in Domino die secunda Decembris anno Domini^b quadringentesimo quadragesimo, sub Leone I pontifice maximo, sub consulatu Marciani Augusti, imperante in Occidente Valentiniano III et Theodosio Juniore in Oriente, statis sue anno quadragesimo quarto, ut colligitur ex epistola 37 Leonis pape I sub consulatu prædicti Marciani Augusti, directa ad Neonem episcopum Ravennatem successorem Chrysologi. Inter vestes Chrysologi inventa sunt caecilia et cilicium^c sancti Germani Antiodorensis episcopi, qui cum Ravennæ moriens, a se etiam provisam, omni ecclesiæ committens vitam, cadaver ejus a Chrysologo conditum, transmissum in Galliam fuit; et sanctissimi viri sanctus hares factus caeciliam atque cilicium induerat, quod post mortem Chrysologi totum revelatum fuit.

12. Tertio nonas Decembris omni populo conveniente pomeridiana hora, funus Chrysologi celebratur ab episcopo Forocornelliensi Projecto, et sancto Donato ejusdem civitatis et Ecclesiæ diacono, conjunctus S. Germanus Antiodorensis præsul, viæ se dedit, Ravennamque ad imperatorem pervenit, veniam exoptulatur. Urbem ingressus apud Chrysologum hospitatus fuit: ibique ab imperatrice Placidia muneribus auctus, magnoque honore habitus, nonnulla edidit miracula: donec morbo correptus occubuit, septimo post decubitus die, mensis autem Julii trigesimo primo ann. 448, sub qua die e plurimis provinciis Galliarum calendaria, affuit in Parisiensem. De eo agunt Martyrologium, Adonis ab cl. Georgio editum pag. 366. Hieronymianum, Gelloneuse, Rabanus, et Notkerus Rabanum exscribens. Initio Missalis Gallicani veteris apud Thomashum, habetur Missa S. Germani, sed nihil de die in qua ejus festum celebrabatur. Ex nonnullis Martyrologiis apparet kalend. Octobris ejusdem translationis solemniter habitam. Certe in Septimo sæculo in kalend. Octobris Remigio et Germano sunt sacra.

universo clero, et prætoris civitatis assistentia. Corpus sancti viri in urna conditum juxta D. Cassiani (ubi ipse selegerat) aram tumulatur. Non post multos dies (negotio bene perspecto) universus populus cum Projecto episcopo conveniens in templum, acclamatione et communi omnium suffragio, auctoritate episcopi Projecti, inter divos annumeravit Chrysologum. Olim enim canonizare servos Dei, canonizatione particulari, pro una scilicet provincia, natione, vel regno, consentiente populo, ad episcopos spectabat, uti satis clare elicitur ex verbis D. Cypriani martyris et episcopi Carthaginensis. qui lib. III ep. 6, post medium, ita habet, loquendo de martyribus: *Denique, et dies eorum quibus excedunt annotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.* At summi Ecclesiæ pastores, ut nonnullis occurrerent impedimentis quæ ex præcitate et usitato oriebantur more, decreverunt, hoc canonizationis negotium solummodo ad supremum Ecclesiæ spectare caput. Ita etiam habetur ex Alexandro III in cap. *Audivimus*, et Innocentio III cap. *Cum ex eo*, de reliq. et vener. sanct. Ita Felix Contelorus de Canoniz. Sanct. n. 17, Troilus Malvetius dub. 2 a num 1, Augustinus Triumphus de Potest. Ecclesiæ questione 14 num. 2, et alii, communiter. ^a Vexabat tunc Attilas sævissime Italiam, cum Chrysologus migravit in cælum: idcirco sumptuosa ejus corporis elevatio, seu collocatio dilata fuit ad annum Domini quadringentesimum quinquagesimum quintum, in quo sepulcrum gloriosum Chrysologi, gloriose, sumptuoseque, expensis Forocorneliensis ecclesiæ, condecoratum fuit, et ejus corporis jaspidea urna in sublime erecta, magna cum veneratione exornata fuit. Successit Chrysologo in episcopatu Ravennæ vir modestissimus et ^b eruditissimus Neon sub eodem Leone papa I, ad quem ipse pontifex quamdam scripsit epistolam, quæ inter Leonis epistolæ trigesimum septimum sibi vindicat locum.

13. Brachium S. Petri Chrysologi, auro ornatum et gemmis, integrum et illæsum usque hodie videtur, et veneratur in Ursina sede Ravennæ. Similiter habetur inibi ejus argentea ^c patina, quæ sic cunctis tam ægris quam valetudinariis proficua est, ut aqua per eam demissa et a fidelibus potata, et a pestilentibus præservet, et canis rabidi morsum sanat, aliosque ^d varios medicetur morbos. Hinc venit, ut omnes qui prædictis tenentur febribus, ad tumulum accurrant Chrysologi, qui sanitatem illico consequuntur. Corpus S. Chrysologi post 1042 annos, incorruptum et illæsum inventum legitur ab episcopo et clero Forocorneliensis ecclesiæ, Postea enim, anno videlicet Domini 1497, die 29 Augusti, sub Alexandro papa VI, per episcopum Ravennæ Simonem et cathedralis ec-

clesiæ Imolensis prepositum Matthæum a Phaello corpus D. Chrysologi denuo legitur collocatum. Diximus post annos 1042, quia cum dicit Phaellus in sua epistola: *Fide profiteor, a quatercentesimo quinquagesimo quinto anno concivis nostri Chrysologi corpus honorifice sepultum, propriis manibus attreclasse, etc.*, non vult dicere, tot tantummodo intercessisse annos 455 a sepultura Chrysologi usque ad suum tempus; cum ab anno 450, quo Chrysologus vita fuit functus, usque ad Phaelli tempus decurrerint mille quadraginta duo anni: vult enim memorari annum 455, in quo post Attilæ flagellum corpus D. Chrysologi fuit sepultum, et ad sublime elevatum, uti diximus supra § 4, num. 12.

§ V. De Scriptis divi Petri Chrysologi.

14. Sermones D. Petri Chrysologi, qui modo ejus nomine volitant, et assidue citantur in pergulis, in numero sunt cxxxvi. Incipiunt a sermone *de Filio prodigo*, his verbis: *Hodie nobis Dominus*, etc., et finiunt sermone *de Cæco*, hisce verbis: *Surget in gloria*. Sed ex his 176 homiliis, sive sermonibus, sex non sunt D. Chrysologi, juxta probabiliorem peritorum opinionem: nam sermo 53 a S. Barbatiano, Placidie imperatricis a consiliis, conscriptus creditur. Sermo autem 107 S. Adelphi episcopi Metensis opus est, et ab altero illius temporis sacerdote sermo 129 et scriptus et concionatus fuit. S. Germanus episcopus Antiodorensis sermonem 138 confecit: sicut etiam dictavit sermonem 149 D. Severianus episcopus Gabalensis. E contra vero eidem Severiano tribuitur sermo 152, cum vere Chrysologi sit, ut stylus et ipsa doctrina satis comprobant. Sermones 50 et 127 nonnulli attribuunt D. Joanni Chrysostomo, cum sint vere a Chrysologo concionati. Videsis circa dicta tomum quintum Bibliothecæ veterum Patrum, quartæ editionis, in principio: ubi reperies nonnullos sermones falso tribui Chrysologo, qui non sunt ejus; et aliqui e contra qui sunt Chrysologi, modo D. Hieronymo, modo D. Chrysostomo injungi.

15. Præter supradictos sermones, multa alia scripsit Chrysologus, quæ temporis vetustate periire. Scripsit quædam commentaria, et nonnullas epistolæ contra Arianos, quæ una cum sermonibus 171 a viro nobili Balthassare de Prosapia Chrysologi, Imolæ servata, et ad purum fuere redacta. At cum vir iste in obsidione, et tyranni Theodorici Ostrogothorum regis persecutione, carceri mancipatus ob defensionem fidei, inibi inedia consumptus finiret; Opera omnia Chrysologi ab eodem viro custodita, igne combusta periire in conflagratione illa qua sævus ille tyrannus Ravennam et Forocornelium immaniter devastavit circa annum Domini 524. Sed qui alia originalia ma-

^a Direptio Italiæ per Attilam incæpit anno 452, et dum properabat, Ravennæ sedebat Joannes episcopus. Ex quo ponderosius eruitur argumentum, Chrysologi mortem post annum 451 retrahi non posse.

^b Conjecturam ex qua desumpserunt auctores, Neonem fuisse Chrysologi successorem, abunde Bacchi-

nus expungit.

^c De hac dissertationem adornavit abbas Joannes Pastritius, eamque edidit Romæ typis Antonii de Rubis anno 1706. Ego etiam nonnihil de ea commentatus sum in opusculo publici Juris facti Neapoli anno 1746.

nuscripta, e quibus forsā Balthasar ille sua deprompserat exemplaria, nescio quo abdita in Theoderici invasione, illæsa reperta sunt: postea anno Domini 700, tempore Damiani episcopi Ravennatis XXXIX, flammis casu tota archiepiscopali bibliotheca devorata, iterum opera Chrysologi passa sunt ignem. Inventi sunt hoc anno in domo cujusdam doctissimi sacerdotis Sermones Chrysologi 176, qui nunc exstant, cum Epistola ad Eutychem.

16. Accidit itaque nostri Chrysologi tempore, ut Eutyches Byzantinus abbas potentum præsidio adjunctus et suffultus juvenamine malignantium, prætextu fidei, confidens et promittens se contra Nestorium scribere (qui docebat duas in Christo fuisse personas), per omne imperium hæreticam falsamque seminaret doctrinam, edocens divinam Christi naturam cum humana in idem recidisse. Hanc hæresim Flavianus episcopus Byzantinus in synodo contra Eutychem congregata damnavit: et ad Leonem pontificem hujus nominis primum, in concilio acta remitti jussit. Sanctus igitur pontifex Leo, de facundia, subtilitate et doctrina D. Chrysologi bene conscius, eum ad se vocavit, et post varia resoluta dubia, encyclicam epistolam (nempe circularem, eo quod ad plures eisdem fuisset scripta verbis) dictare et scribere jussit Chrysologo: quam uti dignam tanto nomine, ipse Leopontifex proprio nomine decoratam remisit Flaviano Constantinopolitano episcopo. Incipit epistola: *Lectis dilectionis tuæ litteris*; et finit (sex divisa capitibus): *Asterio et Prologene viris clarissimis consulibus. Æra 486. Est epistola 10 in ordine Decretalium S. Leonis papæ, recepta in concilio Chalcedonensi per sexcentos et triginta Patres. Habetur in concil. Chalced. IV act. 2, et a Gelasio papa sub pœna anathematis jussa est venerari et observari. Atqui Eutyches iniquus abbas, epistolæ Chrysologi sub nomine Leonis præsentiens efficaciam et pungentia verba, arripiens furio sus calamum, denuo aliam scripsit contra Flavianum epistolam et ad Occidentales episcopos, ut velut lethalis basiliscus halitu suo, eos ad suum attraheret errorem. Sed Chrysologus, amore fidei incensus, Eutychem non valens sustinere insolentiam, proprio nomine aliam Eutychemi rescripsit epistolam, quæ incipit: *Tristis legi tristes litteras tuas*; et finit: *honora-**

tissime fili. Habetur hæc epistola in Vaticano n. 2574 et 2580, et tom. II Conciliorum in præambulis ad Chalcedonense in principio, ex impress. Colonie anno Domini 1644. Adducit etiam Dominicus Mita Ficchius in principio Sermonum D. Petri Chrysologi: quam citat ex Rodulpho in Vita Chrysologi, et ex archivio senatus Imolensis.

17. Post citatum Damianum Ravennæ episcopum, successor ejus B. Felix quadragesimus Ravennatum archiepiscopus, circa annum Domini 715, sermones Chrysologi recollegit, et selecta scripsit serie: qui manuscripti nunc exstant in nostra Seraphica Cæsensæ conventus bibliotheca. Post prodierunt primo, opera et labore Agapiti Vicentini rectoris canonicorum Lateranensium, anno 1534. Eos emendavit postea in multis F. Petrus Rodulphus episcopus Senogalliensis, anno Domini 1594. Sed opus istud hodie non exstat, nec reperitur. Demum illustris dominus Dominicus Mita Ficchius a Ceronio Imolensis sacerdos, et parochus S. Agnetis, anno Domini 1642, sermones Chrysologi denuo emendavit, correxit, et auxit scholiis et notis, licet brevissimis; sed indiculis altissimis: prodierunt Bononiæ anno Domini 1643, cum exemplari patinæ argenteæ D. Chrysologi (de qua dictum est supra § 5, n. 14) et cum effigie D. Chrysologi, corporis medietate, juxta exemplar quod depictum est in coronide chori ecclesiæ metropolitanæ Ravennæ.

Nota pro scriptis Chrysologi id quod supra præfigimus. Nam multoties reperies ad verbum integras sententias, immo et sermones Chrysologi apud D. Hieronymum, Chrysostomum, immo et apud Augustinum; sed tunc prædicti sermones, aut falso tribuuntur Chrysologo, aut perperam prædictis Patribus, ut loco supra citato annotavi. Sententias autem integras Chrysologi, circa D. Matthæi Evangelium, v. g. in sermonibus *de Centurione, de Socru Petri, de Ejectione dæmonum, de Tempestate sedata*, etc., invenies in Paschasio Rathberto abbate Corbeiensi, in libris sup. Matthæum tom. IX sæculo IX Bibliothec. Veler. Patrum. Sed noster Chrysologus antiquior fuit Rathberto; nam iste vixit circa ann. Domini 900, temporibus Ludovici Pii imperatoris, et Caroli Calvi Galliarum regis; Chrysologus vero anno Domini 450, in sæculo quinto. Et hæc de Chrysologi vita sufficiant.

DOMINICI MITÆ PRÆFATIO,

Editionibus ejusdem apposita, quam hic recudere non abs re visum est.

Aurei Sermones B. Petri Chrysologi opera R. D. Agapiti Vicentini, canonicorum Lateranen. ordinis rectoris e tenebris manuscriptorum exemplarium eruti, prodire in vulgus primo ex Bononiensi typographia Joann. Baptistæ Phaelli anno Domini 1534. Ezinde recusi sunt Colonie Agrippinæ anno 1544 et 1618; Parisiis anno 1575, 1585, 1614 et 1631; Antwerp. 1577; Venet. 1588 et 1636; Mogunt. 1607 et 1613; Lugd. 1622, 1623 1627, 1634 et 1636, sicuti eodem anno 1636 iterum Bononiæ. At omnes codices non sine

PATROL. LII.

maximo mendorum numero sunt, utpote qui ex prima Phaelli editione non integre, ut asseruit Agapitus, emendata descendentes, et originalibus et subsequenti- bus quorumlibet impressorum peculiaribus erratis exiere deturpati. Mira tamen de habita correctione in illorum exemplaribus prædicata leguntur, sed, singulorum collatione facta, thypographos ac bibliopolas ex propria magis utilitate, quam ex veritate id temere asseverasse deprehendi. Quemadmodum Indices sacre Scriptura rerum notabilium, et ad concionatoris usum novissimi

typositos pro nihilo habendos esse fuit experimento compertum. Quae de re non semel conquestus cum doctis probatisque viris, amice, hortatus sum ut pro genio ac viribus experirer, nam possem huic morbo mederi. Sed inuita imbecillitatis conscius, quid valerem ego in arduo hoc opere, ubi interdum solius litterulae, vel interpunctionis mutatio totum potius est auctoris invertere sensum, dum tanti ordinis rector in multis defectus noscitur, non satis persidiebam. Laetus interim audio eruditiss. et omnium praeconiis celebrandum antistitem Petrum Rodolphum Tassinianensem, olim Senogalliae praesulem, hosce Sermones ex quibusdam manuscriptis Romae inventis emendasse, et suo Marte scholiis illustratos senatui nostro transmississe, ut ederentur. Caeterum nec editio prodit, nec tanti viri labor, et studium tota diligentia perquisitum usquam gentium apparuit; forte enim invidio aliquorum calliditate celatur, ut privatis usibus tantummodo inserviat, Verumtamen quoniam ingenium hominis trahitur in vitium, expetitque negata, ulterius perquirendo, didici hujus operis adhuc quatuor superesse manuscripta exemplaria, nempe duo Romae parum ab impressis discrepantia: Urbini unum in Roveriana, Caesena alterum in Franciscana bibliotheca, quae inter se cunctis pene conveniunt, at in quamplurimis a vulgatis discordant. Quare aditu ad manuscripta viz patefacto, ea ipsa partim per amicos, partim, per me ipsum pervolvavi, et adhibito sodali semel ac iterum a capite ad calcem cum exemplari primum Bononiae impresso contuli, atque errata quaecumque, ut licuit, calamo correxi; variasque nec inutiles lectiones in margine ascripsi, mendosis, quibus msa. exuberant, rejectis, et si quid ex illis omni ex parte emendari nequivit, studui id mentis speculatione supplere; tametsi hoc raro factum est, quod haec ratio maximis difficultatibus obstructa lubrica sit et fallax. Quamobrem, B. Petro moderatore, germana lectio, ni fallor, ita commode per me restituta est operi, ut posthac ex iis quae inveniri potuerunt, parum in eo sit amplius desiderandum. Absolutis emendationibus supererat accuratissima obscuriorum locorum interpretatio, atque restituta correctionis ratio; sed numquid ex penu meo opinis poterat dapi-bus mensa parari, si is sum ego qui non prius sacras attingi litteras, quam in legalibus studiis, forensibusque negotiis dimidiam transegerim aetatem? Ficus tamen B. antistitis patrocinio cuius causa agebatur, haec qualiacumque sint scholia meis lucubrationibus consarcinata libuit apponere, saltem ineruditus non nihil profutura, vel litteratorum mentes stimulaturo, quo praestantiora scrutentur: etenim textu jam expurgato, et auro a scoria vindicato, facile a doctioribus vigilantiori animo magni theologiae et aurei concionatoris, uberius clariorque abditi sensus enucleabuntur et explanabuntur.

Caeterum ut hi Sermones tibi commodo essent, indiculum eorum alphabetico ordine distinctum, et ad materias in quolibet sermone primario exaratas accommodatum adjeci. Postmodum Scripturae verba litterario ordine librorum discreta, mihi inventu faciliora alterum in indicem extraxi. Ac tandem notabilium

A quorumcumque locupletissimum syllabum tum ex littera, tum aliquando ex sensu deductum apponi, qui adhuc uberius prodisset, nisi obstaculo fuisset illud de sale ab ipso D. Chrysologo usurpatum: Amarat nimietas, quod poterat condire mensura (Ser. 128). Siquidem et sententiarum profunditas, et singularitas verborum doctissimi hujusce viri aptius concordantias requirebant quam elenchum. Ulque facile indicata reperias, in margine sermonum numeros ascripsi, ut invento sermone pars etiam ipsius, ubi sententia praecise notatur, mox queat reperiri.

Tautologia indicibus vitio esse non solet, quod varia cum sint lectorum ingenia, nec idem verbum cunctis semper occurrat, et ad diversa quilibet ex voto sententias in illis perscrutetur, id ipsum pluribus in locis collocandum putant ut citius quod requiritur, quisque inveniat.

B Elenchum juxta ritum Evangeliorum, quae in sacro pro tempore leguntur, neotericis ad conciones usurpatum, ceu supervacaneum in hoc opere non requiras, quia ex compositis indicibus poterit orator, quae velit, sibi gratius sua disquisitione parare.

C Vitam tamen hujus sanctiss. viri stylo mediocri sententias quam apertissime exprimenti uberrime descriptam offendes, ut purior veritas quam antea a nonnullis sit explicata demonstretur, ac qualis quantusque sit D. Petrus noster per eam innotescat. Opus elaboratum pellexit ad inscribendum: Sermones maxima ex parte illustrati, quod eorum codex Vitaeque index, tenebris erutus, et a sordibus vindicatus, magis quam antea sit legentibus enucleatus ac declaratus. Nitore insuper atque splendore longe omnibus exemplaribus hac opera praestet. In quo faciundo quos sumptus, labores et pericula subierim, quam aegra saepius valetudine prostratus jacuerim, quosque adversarios ac desertores domi forisque fuerim perpeustus, scit ipse qui tandem e caelo protegit, Chrysologus sanctus; sciunt multi docti probatique Patres, qui me etiam inter silvas ad animarum curam longe a sapientium congressu residentem, librorum et bonae valetudinis expertem adversa prope omnia superasse, et opus propositum aliqua demum ex parte absolvisse, mirantur. Quod adhuc in tenebris delitesceret, nisi illorum sincero iudicio nunc edere fuisset compulsus.

D In eo componendo juxta Senecae (Epist. 116) montata, magis quaesivi quid scriberem, quam quemadmodum scriberem; propterea stylus multorum, et ex multis constans non idem semper habetur, quia aliorum sententias referens propriis verbis transcribendas censui, ut sua auctoritate fulgerent. Facile tamen tam in componendo quam in transcribendo exciderint multa quae vel oscitanter vel minus apte posita fuerint; sed hoc Dei permissu factum arbitrare, ut tandem Sciant gentes quoniam homines sunt (Psalm. 12). Et haec satis tibi sint de meo hoc opere monita, lector amice. Sed quid dixi meum? Immo jure non meum, cum, praeter errata, et si quid inaptius ac pingui Minerva descriptum est, hic aliud de meo agnoscere nequeam. Sermones namque divi sunt Chrysologi; Indices ab eisdem desumpti: Correctiones, Observationes, et Scholia

ejus patrocinio suggesta; illius Vita ipso juvante collecta. Quamobrem si quid insit Deo ac divo gratum, vel utile Ecclesiae, Altissimo tribuenda est universae laus et gloria, B. Petro Chryologo veneratio et honor: niki autem nil aliud, nisi pro tua pietate, humanissi-

A me lector, a Patre misericordiae erratorum venia est exoranda. Vale.

Datum ex aedae sacrae parocia S. Agnetis Ugutionelli
v kal. Aprilis MDCXLIII.

VITA S. PETRI CHRYSOLOGI

RAVENNATUM ARCHIEPISCOPI.

Ex ipsius Homiliis, et variis Scriptorum monumentis, tum impressis, tum manuscriptis, accurate conquisita, studiosè collecta, et hic ordinatim digesta,

PER DOMINICUM MITAM SACERDOTE M PAROCHUM.

ANNO DOMINI MDCXLII.

Memoria justis cum laudibus.
Prov., I, 7.

1. Vitam scripturus viri sanctimoniae aequae ac eruditione clarissimi, Petris Ravennatis Ecclesiae Archiepiscopi, cui cognomen postea, Chryso logi, ex eloquentia fuit; priusquam hujusce rei initium expediam, res ipsa hortari videtur, pauca de Foro cornelio, ejus patria, supra repetere, quo dicenda omnia illustria magis, magisque in aperto sint. Illo igitur a Graecia capto, ferro flammaque everso, multi nobiles ex Trojanis (sicut nostri putant) (a) qui Antenore ducoprofugi in Italiam venerunt, cum aliquando pervenissent in Æmiliam, quae præclara est ejusdem Italiae regio, apud Vatrennum annem, ac secus viam Flaminiam considerentes, ibi loci pulchritudine ac soli fertilitate capti, oppidum illum nuncupatum condideratque habuere. Sed posteaquam Lucius Sylla e Cornelia gente, maxima omnium quae Romae fuerint opulenta atque patricia, oriundus, de Africa atque Asia saeclis et domitis triumphavit, devictoque Mario ad imperii summum pervenit; oppidum hujusmodi (sicut ex multis ego percepi) (b) emeritis militibus suis una cum incolis habitandum concessit; ibique forum ubi jus diceretur nundinaeque agerentur, instituit. Ubi postea hanc Romanorum coloniam, et a quo institutam scirent, oppidum posthac a proprio suae gentis cognomine Forum Corneliæ cunctis nuncupandum praescripserunt. Hi milites postquam paulatim per connubia nostras sibi miscuere gentes, Fo-

B rocornelium aedificiis ac populi multitudine ita celebre reddiderunt, ut brevi in amplam atque munitissimam coaluerit urbem, quae non solum Octaviani Caesaris firmos exercitus capere ac retinere potis esset (c), verum etiam post aliqua saecula Athaulpho maximo Gothorum regi, ex celeberrima Balthorum gente orto, (d) sic probaretur, ut nuptias cum Galla Placidia, patre ac fratribus Augustis clarissima, summo apparatu ibidem concelebrare, et ultra annum cum proceribus, et maximo exercitu considerare ex cunctis hanc unam deligeret.

2. Haec initio, sicuti finitimae gentilium civitates cum semper idola coluissent, tandem Evangelicam fidem a divo (e) Apollinare primo Ravennatum antistite per universam Æmiliam praedicatam suscepisse, et paucis post annis episcopo donatam fuisse, traditum est. Verum labentibus annis, cum saepius fuerit hostilia passa, et a barbaris nationibus, quae diis gentium litabant, promiscue cum nostris habitata, dum alius alio more viveret, et vires praevalerent gentilium, facile et animarum pastore caruisse, et Christi nomen diuturnitate temporis apud nostrates pene obliteratum remansisse, majorum semper fuit gravis opinio. Cæterum Deus omnipotens ubi Foro corneliensium miseratus, Cassianum, virum doctrina et sanctitate illustrem, (f) qui Sabione in Germania episcopus erat, tanquam novum apostolum e partibus illis ad urbem nostram transmisit, qui docendo et praedicando incolas in fide Christiana diu

(a) Annales Imol. ms. Joan. Baptistae Florii, alias Florentini, penes nobilem familiam de Quanis, seu magis Annalium fragmenta. Chronicon Imol. quod circumfertur sub nomine Philippi Saxi M. S. Jacobi. Philippus Bergom. in supplem. Chron.

(b) Annales Imol. qui super Prudent. poeta in D. Cas. Hymn. Sigonius de Antiquo jure Italiae lib. II, Joannes Andr. Palatius in Oratione de Foro Corneliæ edita Bononiae anno 1573. Aliorum est opinio hac nomen Foro Corneliæ ab ipsis aecolis sponte susceptam, quo gratiam dictatoris inirent.

(c) Cic. lib. XII, ad Caium Cassium epist. 5.

(d) Hieronym. Rubens in secunda editione Hist. Ravennae lib. II sub ann. Dom. 412 Chorom ad Peuting. in Epitom. de Inclinatione imp. Rom.; Volaterra. lib. II Geogr.; Baron. in Annal. Eccl. tom. V, ann. 411; Jordannus Ravennae in Chron. Gothorum: Florius et Saxus, qui sup. ms.

(e) Annal. Im. qui sup. illustriss. D. meus D. Ferdinandus Millinus in Catalogo episcoporum Eccl. Imolen. in ejus prima synodo diocæsana perscripto. Rub. lib. I Hist. et lib. V an. Domini 1040.

(f) Florius, Saxus et reliqui scriptores Vitæ S. Cassiani vel impressi vel manuscripti.